

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Obediencia g
cum fonte primo

Melius est obedire Deo quam hominibus, et ipsis melius magistris quam discipulis, porro in magistris melius nostris quam extraneis; quibus autem melius constat obedire, ipsis proculdubio non obedire est detestabilius.

Bernardus ibidem (de precepto et dispensatione).

Melius siquidem est oboedire Deo quam hominibus, et in ipsis melius magistris quam condiscipulis, porro in magistris melius nostris quam extraneis. Quibus autem melius constat oboedire, ipsis procul dubio et non oboedire detestabilius est.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de praecepto et dispensatione*, 13 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.263, ll.12-15).